





3  
2. F. F. S. 1708 13. 27  
DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS, *M*  
DE

**DIVERSIS SO-  
CIORUM PACTIS,** *11*

Quam  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
**DN. PHILIPPO WILHELMO,**  
PRINCIPE BORUSSIAE, MARCHIONE BRANDENB.  
ET DUCATVS MAGDEB. GVBERNATORE, *12*  
RELIQVA,

*Consensu Illustris Jctorum Ordinis*

IN REGIA FRIDERICIANA,  
PRÆSIDE

**DN. SAMUELE STRYKIO, JCTO,**  
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI REGIS BORUSSIAE  
CONSILIARIO INTIMO, PROFESSORE PRIMARIO,  
FACULTATIS JURIDICÆ ORDINARIO,  
*PATRONO AC PRÆCEPTORE SUO*  
*æternum devenerando,*

PRO LICENTIA

Summos in Utroq; JURE Honores & Privilegia DOCTORALIA  
rite capeffendi,  
Publice defendet

**MAURITIUS THEODORUS ESSELLEN,**  
Bohemiâ Marcanus.

ad d. Jul. Ann. MDCCIIIX. H. L. Q. C.

Typis, CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typegr.

INSTITUTIONS OF THE UNIVERSITY OF

# DIVISIONS OF COURSES OF STUDY

FOR THE YEAR 1850

BY THE FACULTY OF THE UNIVERSITY OF

LEIPSIC, IN THE YEAR 1850

IN THE YEAR 1850

BY THE FACULTY OF THE UNIVERSITY OF

LEIPSIC, IN THE YEAR 1850

BY THE FACULTY OF THE UNIVERSITY OF

LEIPSIC, IN THE YEAR 1850

BY THE FACULTY OF THE UNIVERSITY OF

LEIPSIC, IN THE YEAR 1850

BY THE FACULTY OF THE UNIVERSITY OF





B. C. D.  
DISSERTATIO INAUGURALIS  
DE  
DIVERSIS SOCIORUM PACTIS.

§. I.



Contractum societatis esse consensualem & ita sola voluntatis declaratione absque ulla alia solennitate peragi, in vulgus notum est, atque aded quomodocunque voluntas declaretur, sive *re*, sive *verbis*, sive per amicum, perinde in effectu est, *L. 4. ff. pro soc.* sed vero cum societas

Cur pacta  
societatibus  
adjiciantur

potissimum propter quæstum & lucrum ineatur, & inde plerumque materia omnium litium oriri soleat, quod circa lucrum inter se dissentiant, & inde communis mater litium esse dicatur, quo ipso tales societates facile corrumpunt, hinc socii societatem ineuntes cauti esse solent, ut variis pactis sibi prospiciant, & ex quibus forsitan controversiæ metuendæ sint, privata conventionne determinent. Atque hæc pacta hodie fere omne punctum in hac materia faciunt, adeoque de illis nunc quidem in præsentis dissertatione agendum est, cum quæ ex natura societatis per se fluunt, ab aliis abunde sint explicata.

Effectus  
pactorum  
societati-  
bus adje-  
ctorum.

§. II. Satis vero convenienter in statutis Hamburgenſibus *p. 2. tit. 10. art. 3.* de hujusmodi pactis dicitur: Was Maſcopey Brüder in Anfang ihrer Geſellſchaft mit einander abreden und bedingen / ſolches ſoll zu jeder Zeit / wenn es der natürlichen Billigkeit gemäß / ſtets und feſt gehalten werden / ſicuti enim quæ ex natura negotii propria fluunt, ad *naturalia* referri ſolent, & ſubintelliguntur, licet non exprimantur, *arg. L. 3. C. de Fidejuſ.* ita quæ pactis adjiciuntur adeo inſunt contractui, ac ſi ex natura ejusdẽ fluant. *L. 7. §. 5. ff. de pactis.* & inde dant legem contractui. *L. 27. ff. de Reg. jur. Mantic. de ambig. ac tac. convent. lib. 6. Tit. 4. n. 1. ſeqq.* licet vel maximè ordinariam naturam ſocietatis quodammodo immutent & transformant. *L. 29. ff. pro ſoc.* modo alias pacta talia non ſint inhoneſta, & æquitati contraria *cit. L. 29.* qualia quæ ſint, ſeparatim examinabimus.

Quomodo  
pacta ſoci-  
etati adji-  
ciantur.

§. III. Et quidem varia ratione & modo pacta ſocietati apponi poſſunt, dum vel *in continenti* vel *ex intervallo* adjiciuntur, inter quæ de jure Rom: maxima erat differentia. Illa dicuntur, quæ adjiciuntur vel in ingreſſu ipſius contractus, vel dum adhuc inter ſe contrahunt ſocii, vel antequam ad aliquem actum extraneum, qui cum præſenti contractu nihil commune habet, progreſſum faciant, *L. 7. §. 5. de pactis L. 23. de R. J. L. 27. eod.* atque hujusmodi pacta Jure Romano demum inerant ſocietati, & eorum nomine actione pro ſocio agi poterat, *L. 7. cit.* cum pars contractus eſſe cenſeantur, *L. 72. ff. de Contr. emt. vend.* Quæ vero poſt longiorem tractum temporis demum adjiciebantur contractibus, & ita etiam ſocietati, *pacta ex intervallo adjecta* dicebantur, neque contractui ineſſe credebantur

tur. L. 137. de verb. Oblig. L. 6. §. ult. de duob. reis. Conf. Franzk. ad tit. de Contr. Emt. vendit. n. 339. seqq. Neque actio eorum nomine competebat, sed nuda tantum exceptio: Unde si pacta erant *detrahentia*, & ita alterius conditionem leviolem faciebant, hæc eidem proderant, quia per modum exceptionis sibi consulere poterat; Si vero erant *adjicientia*, seu ut per pactum ad aliquid de novo præstandum alter ex sociis se adstringeret, hoc ipsum contractui non inerit hoc effectu, ut eo nomine agi posset, L. pacta conventa 72. ff. de Contr. emt. Vend. nisi forsan ex post facto in ipsis substantialibus, quæ hic in lucro & damno ponenda sint, quid esset mutatum, sic enim nova videbatur societas contracta, & inde ex novo contractu obligatio efficax aderat, cit. leg. 72. L. 55. ff. de Pactis L. 7. §. 6. ff. eod. Cum vero hodie ex pactis sit efficax obligatio, ut per se satis obligent, quomodocunque sive ex intervallo, sive in continenti negotiis adjiciantur, uti tale probavit Dn. Præf. in Vsf. mod. Tit. de pact. §. 1. seqq. Conf. Struv. Exerc. 6. th. 17. ita quoque inter socios parum refert, an pacta sint *detrahentia*, an vero *adjicientia*, utrum in continenti, an vero ex intervallo apponantur, & ita multis superfedere possumus difficultatibus in hac materia, in quibus discutiendis desudavit Franzkius cit. l. & Romani Jcti.

§. IV. Potius itaque ad aliam divisionem horum Pacta Soci-  
 pactorum progrediamur, secundum quam diversa so- orum sunt  
 ciorum pacta sunt vel *licita*, quæ naturæ societatis non vel *licita*  
 adeo repugnant, nec à regulis æqualitatis inter socios vel *illicita*.  
 observandis multum recedunt: & *Illicita*, quæ prorsus  
 naturæ societatis repugnant, & ab æqualitate inter  
 socios servanda in totum recedunt, & hinc hæc valent.

L. 29. ff. pro soc. Blas. Michalor de fratrib. P. 2. c. 1. §. 17.

Pactum de  
tempore  
dividendi  
lucrum vel  
damnum.

§. V. Primo itaque videamus quænam pacta sint *valida & licita*, & cum tota ratio societatis in partibus *damni & lucri* ferendis consistat, potissimum quoque pacta circa has partes versari solent. Et quidem huc pertinet (l.) pactum, quo certos terminos constituere solent, quibus computationem *lucri & damni* inire velint, quod mercatores vocare solent *die balance ziehen*. Si pactis nulli termini sint constituti, constat, regulariter demum  *finita societate* talem computationem institui solere, neque enim *lucrum* intelligitur, nisi omni *damno* deducto. L. 30. ff. pro soc. at vero de hoc ipso regulariter ante  *finitam societatem* non recte constare potest. Hæstor Felicius de societ. c. 15. n. 13. Petrus de Vbaldis de duobus fratrib. p. 5. n. 38. nisi forsitan consuetudine aliter inter mercatores introductum sit, ut singulis annis talis computatio ineatur, nam sic unus socius, invito altero, ad talem provocare potest computationem. Petr. de Ubald. cit. l. Felicius cit. l. n. 15. sed quoniam tales consuetudines sunt ut plurimum incertæ, communiter termini pactis determinari solent v. c. daß sie jeder Zeit ultimo Decembris die balance ziehen wollen / quales conventiones utique servandæ sunt, & ita durante societate, datur actio pro socio ad *lucrum* communicandum. Felicius cit. l. n. 14. Aliquando quoque id  *tacite* censetur actum esse, ut *lucrum & quæstum* singulis septimanis vel mensibus inter se dividere velint, siquidem conditio personarum talem divisionem exigat, veluti si opifices vel rustici inter se societatem inierint, cum non facta divisione, non haberent unde viverent, Petr. de Vbald. cit. l. Termino itaque comparente animadvertendum, an plus *lucri*



DE DIVERSIS SOCIORUM PACTIS

7

lucri an damni adfit, & ita vel damnum tantum, vel  
lucrum inter socios distribuendum est *l. 30. pro soc. Hu-*  
*ber ad tit. 3. de societ. §. 4.*

§. VI. Ubi terminus adest, quō computationes damni  
& lucri faciendæ sunt, maxima difficultas ut plurimum  
circa ipsam computationem oriri solet; hinc (2) saepe con-

Pactum ut  
tertius par-  
tes consti-  
tueret.

veniri solet, ut tertius, veluti Nerva, *amicus communis partes*  
*societatis constituat*, quale pactū occurrit in *l. 76. ff. pro socio*,  
& omnino valet. Ut vero ita constitutio partium *in ar-*  
*bitrium tertii* collata fuerit, non tamen partes, prout  
vult, constituere valet, sed prout natura societatis exi-  
git. Nam Celsus optime philosophatur in *L. 30. pr.*  
*ff. de oper. libert. Ea fere mens est personam arbitrio sub-*  
*stitutientium, ut quia sperent, eum recte arbitraturum, id fa-*  
*ciant, non quia vel immodice obligari velint.* Cum ve-

Quid si ar-  
bitrator  
partes con-  
stituere  
non possit.

ro ita constitutio partium sit adstricta ad certam per-  
sonam, ab ejus persona non receditur, adeoque si Ner-  
va nominatus, antequam arbitraretur, decesserit, *nihil*  
*agitur, nam ut Jctus in L. si coita 75. ff. pro socio, inquit,*  
*id ipsum actum est, ne aliter societas sit, quam ut Titius*  
*arbitratus sit, id quod etiam in aliis contractibus ob-*  
*servatur, uti in emtione venditione. L. ult. C. de Emt.*  
*Vend. locatione conductione §. 1. f. de Emt. Vend. L.*  
*25. pr. ff. locat. & stipulatione L. 43. l. 144. de V. obl.* Ne-  
que enim hoc arbitramentum in successorem electi ar-  
bitratoris transit, cum hic personæ industria electa sit.  
*Menoch. de arbitr. Jud. Quest. qu. 68. n. 32.* An vero hoc  
in casu sit societas nulla, an vero nihilominus salva so-  
cietate detur reductio ad arbitrium boni viri, quæritur?  
Prius communiter affirmant, quemadmodum etiam  
id involvere videntur verba: *nihil agitur*, & in emtione  
venditione id satis expeditum est, *§. 1. f. de Emt. vend.*

Brunn.

Brunnem. *ad L. 75. ff. pro soc. n. 1.* quæ sententia sine dubio admitti potest, quando res adhuc integra est, seu ubi communem negotiationem nondum inchoaverunt, & tertius arbitrator statim decedit. Sed quia partes ordinarie finita societate constituuntur, facile contingere potest, ut fere sub finem negotiationis arbitrator moriatur, ubi partes jam necessario faciendæ sunt inter socios, & ita societas non potest dici nulla. Equidem Menoch. *conf. 93. n. 41. seqq.* reductionem ad arbitrium boni viri locum habere putat, quod non admittit Felicius *de Societ. Cap. 9. n. 32.* qui tamen magis de casu loqui videtur, ubi res adhuc integra est, ut ita constitutione partium non sit opus, quia ipsa societas non subsistit. Si itaque secundum mentem hujus *L. 75. ff. pro Soc.* esset pronunciandum, dicendum foret, pactum ipsum esse nullum, adeoque societatem contractam nihilominus habere suos effectus, quos habitura fuisset, si pactum non esset adjectum, ut scilicet partes constituantur æquales secundum proportionem operarum, rerum illatarum, & aliarum circumstantiarum, de quibus, si postea inter se socii convenire nequeunt, necessario recursu ad judicem opus erit.

Quale de-  
beat esse  
Officium  
Arbitratoris.

§. VII. Quod si vero tertius arbitrator partes constitutuere paratus est, ejus arbitrium ad æquitatis & æqualitatis regulas adstrictum est, & ita arbitrium viri boni h. e. judicis sequi debet, prout dicitur *in L. in proposito 78. ff. pro soc.* seu ut tales partes constituat, quas judex constituisset, si causa ad eum esset devoluta. Judex autem potissimum ad æqualitatem respicere debet, non quidem *absolutam*, sed *respectivam*, habito respectu operarum, industriæ, gratiæ, pecuniæ in societatem collatæ, periculique suscepti. *L. quid enim 80. ff. pro soc.* & ita

ita non præcise partes æquas constituere semper potest. Qui itaque plus intulit in societatem sive ratione operarum, sive fortis, plus quoque eidem ab arbitratore adjudicandum est, Felicius de *Societate cap. 15. n. 44. Gomez. Lib. 2. var. resol. c. 5. n. 5. Cardin. Mantica. de tacit. & ambig. convent. Lib. 6. tit. 14. n. 7. seqq.* modo de prævalentia aperte constet, alioquin ubi de ea haud constat, potius simpliciter partes æquales lucri constituere debet, præsertim cum æqualitas quoque in operis præstitis & pecunia illata præsumatur, & ita, qui plus percipere intendit, probare debet, se plus intulisse, Felic. *cit. l. n. 45. Mantica cit. l. n. 11. seqq.*

§. VIII. Quodsi contra officium suum arbitratoregerit, habet locum *reductio* ab ejus arbitrio ad *arbitrium boni viri*. Neque enim arbitrio ejus simpliciter standum est, uti quidem laudo arbitrorum stari debet, cum hoc arbitrium ita comparatum sit, ut ait JCtus *in l. societatem 76. ff. pro soc. ut ad boni viri arbitrium re- duci debeat, etsi nominatim persona sit comprehensa, cujus arbitrato fiat.* Supponitur itaque læsio magna seu inæqualitas, vel ut dicitur *in L. 79. ff. pro socio. tam pravum arbitrium, ut manifesta ejus iniquitas appareat, id quod declaratur exemplo in L. 80 eod. his verbis. Quid enim si Nerva constitisset, ut alter ex millesima parte, alter ex duabus millesimis partibus socius esset.* Hinc quæstio exsurgit, qualis læsio requiratur, ut reductioni locus esse possit, dum ipsa læsio in jure non satis determinatur. Quidam læsionem ultra dimidium exigunt *ex alleg. L. 80. adeoque hic quoque recurrendum esse volunt ad dispositionem l. 2. c. de rescind. vend. Decius Cens. 60. sed ad hujusmodi læsionem non præcise esse respiciendum, recte docet Bachov. ad Treutl. Disp. 29. th. 3. lit. e. in fin.*

B  
verum

In pravo arbitrio habet locum reductio ad arbitrium boni viri. Quanta debeat esse læsio.

verum etiam læsionem, quæ fit infra dimidium sufficere, ut reductioni locus sit, in qua sententia etiam est Franzk. *ad tit. de contrab. emt. vend. n. 262.* Bart. in *L. 76. §. 1. pro soc.* Alexand. *lib. 2. conf. 137.* Neque enim, qui partes in tertii arbitrium conferunt, id ideo faciunt, quasi immodice obligari per eum velint. *L. 30. ff. de oper. libert.* & sane maxima intercedit differentia inter casum, ubi arbitrator partes societatis constituit, & ubi ipsi socii speciali pacto easdem constituunt. Hoc quippe casu ex propria voluntate obligantur, & concedi tunc potest, quod demum, ubi læsio ultra dimidium apparet, socii à partibus constitutis recedere possint; sed ubi in tertii arbitrium partium constitutio confertur, non alia mente hoc fieri videtur, quam quod arbitratorem virum bonum & peritum existiment, qui partes ad æqualitatem reducere debeat. Franzk. *cit. l. n. 268.* Subsistendum itaque in arbitrio iudicis, qui de eo arbitrat, an in arbitrio arbitratoris manifesta læsio vel iniqualitas subsit. Menoch. *lib. 2. cent. 1. Cas. 73. in fine.* Tiracquell. *ad L. si unquam 8. C. de revoc. donat. in verb. omnia vel partem n. 31.*

Reductio

ad arbitrium boni viri quale remedium est

§. IX. Ipsa reductio ad arbitrium boni viri nihil aliud est, quam *recursus ordinarius ad iudicem*, cum *bonus vir* in iure iudicem ordinarium denotet. *L. 18. ff. iudic. solvi L. 137. §. 2. de V. Oblig. Gail. 1. Obs. 149. n. 3.* De eo tamen non conveniunt, quale remedium sub hac reductione intelligatur. Nonnulli existimant, reductionem esse speciem cujusdam *appellationis*, & sic iudicem arbitratoris adeundum esse, Matth. de Afflictis *Decis. 57.* quæ tamen sententia in iure non fundata est, maxime in arbitrio hoc extrajudiciali, in quo non aliud quam extrajudiciale gravamen occurrere potest.

Et

Et licet vel maxime ex principiis juris Canonici hodie appellatio locum habeat ob gravamina extrajudicialia, ipsa tamen appellatio nihil aliud est, quam simplex querela, & ita iudex ordinarius, qui in prima instantia iudicat, in hisce gravaminibus quoque adeundus est, *c. 5. in f. X. de appell. Gail. 1. obs. 120. n. 3. 4.* Quibus præsuppositis ipsa reductio est provocatio quædam ad iudicem competentem, ut ait Gail. 1. *Observ. 149. n. 2.* & confirmat Lanfrancus de Oriano *de arbitris P. 1. n. 33.* & illa ipsa actio institranda, quæ institui debuisset, si nullum arbitrium constitutum esset; & ita hoc casu actione pro socio agendum foret, & hoc est quod JCtus in *L. 79. ff. pro soc.* ait, arbitrium iniquum corrigendum esse *per iudicium bonæ fidei, quod in L. 78. pro soc. ipsa actio pro socio vocatur.* Unde eleganter Bachov. *ad Treutl. vol. 1. dist. 29. Th. 3. lit. E. in fine* ait, *hanc reductionem non esse remedium quoddam per se subsistens, sed accedere & inniti instituta ex contractu actioni.* Præterea ut observat Petrus Jacobus a Montepessulano *de arbitris & arbitrator. n. 9.* potest hæc reductio fieri vel ope *exceptionis*, ut quando contra eum, qui iniquo arbitrio gravatus est, agitur, excipere possit de iniquitate arbitrii, vel ope *replicationis*, si scilicet gravatus simpliciter agat actione pro Socio, quasi arbitrator partes haud constituisset, & si reus excipiat de partibus semel per arbitratorum constitutis, poterit replicare de iniquitate arbitrii, quo ipso rursus iudex de illa cognoscit. Conf. Lanfrancus de Oriano *de Arbitr. P. 7. n. 48.* Et ita facile patet, quid dicendum sit de quæstione, quam format idem Lanfrancus de Oriano *cit. l. n. 45.* si focii sint diversi fori, & arbitrator etiam diversum forum habeat; nam ex foro rei, qui convenitur, reductio æstimari debet.

debet. Quod si tamen ipse iudex ordinarius arbitrator fuerit, ratio aliter non permittit, quam ut ad ejus superiorem reductio fiat, quia ita ad ordinarium fieri nequit, quippe qui hic suspectus est, & ita merito recusari potest, prout observat Lanfrancus de Oriano *cit. l. n. 45.*

De tempo-  
re reducti-  
onis insti-  
tuenda.

§. X. Hisce præmissis jam facile constabit, intra quod tempus hæc reductio ad arbitrium boni viri interponenda sit. Cum enim ipsa reductio per actionem ex contractu competentem vel exceptionem intentetur, tam vero exceptio, quam actio personalis perpetua sit, *L. Sicut. 3. C. de præscript. 30. ann.* merito quoque reductio intra 30. annos fieri potest. Lanfrancus de Oriano *de arbitris cit. l. n. 47. & 49. in Soc. consil. 220. n. 5.* Marc. Anton. Blancus *tr. de compromiss. faciendis qu. 10. n. 18.* Ut adeo non necesse sit, cum Bartolo *ad l. 76. pro socio n. 22.* asserere, hanc quæstionem principis decisionem requirere. Sane qui reductionem intra decendum interponendum esse volunt, in illa erronea versantur sententia, quasi reductio ad instar appellationis sese habeat, quod tamen falsissimum est. Atque hanc sententiam, reductionem scilicet usque ad XXX. annos fieri posse, recepit etiam praxis Cameralis, uti testatur Gail. *Lib. 1. obs. 150. n. 2.* Quod si tamen iudex arbitrium confirmet, non dubium est, quin ab hac sententia tanquam gravatoria intra 10. dies appellari debeat. Ut enim hic quoque dissentiant quam plerimi, quos refert Fachin *lib. 8. Controv. c. 96.* ex illa ratione, quasi iudex hoc casu magis partes arbitri, quam iudicis sustinere videatur, à cujus sententia sive æqua sive iniqua, non admittenda sit appellatio *L. 27. ff. de recept. arbitr.* tamen hæc ratio petit id quod est in principio, cum

cum potius hic recurfus fiat ad judicem ordinarium, competentem, à quo appellari posse, siquidem gravaverit, expediti juris est.

§. XI. Nonnunquam vero socii in tali casu, ubi tertium arbitratorem, qui partes constituat, eligunt, renunciare solent reductioni ad arbitrium boni viri, unde nunc (III.) oritur novum pactum inter socios, quo scilicet *reductioni renunciant*, quod pactum, qualem effectum habeat, videamus. Olim quidam dubitaverunt, an tale pactum valeret. Et quidem de eo non est dubium, factam renunciationem reductionis absente altero non esse obligatoriam, cum ita vim pacti non habeat, quod duorum consensum, & ita acceptationem alterius requirit, Petrus Jacobus a Montepessulano *tr. de arbitr. n. 12.* Joh. Baptista *de arbitr. lib. 7. c. 15. n. 1.* Ast si per pactum renunciatio talis concepta sit, non dubium est, quin valeat, cum etiam juri futuro valide renunciari possit. Rationes dissentientium non adeo stringunt; licet enim asserant, tale pactum esse contra bonos mores, & invitari ita arbitratorem ad iniquum & pravum arbitrium interponendum, neque posse dolo futuro renunciari, tamen expeditum est, hoc pacto non agi de dolo ipsorum pacifcentium, sed quod ne quidem ob læsionem a tertio ortam agere velint, & deinde quod directo prohibitum est in jure, sæpe per indirectum admittitur, *L. 52. de condit. & demonstr.* Quin licet vel maxime pactum, *ne dulus præstetur*, non valeat, tamen pactum implicitum facilius subsistit, veluti, *ne depositi agat*, quamvis id pactus videatur, ne de dolo agat, ut ait *Jctus in l. 27. §. 3. ff. de pact.* Idem merito ad hoc pactum applicandum esse judico, in quo principaliter, & directo haud

Quid si per pactum renunciatum fuerit reductioni.

continetur pactum illud turpe: *ne dolus præstetur*, sed ex accidenti, & forsan contra intentionem pacifcentium, qui eo lubentius futuræ reductioni renunciant, quoniam persuasissimum habent, arbitratorem boni viri officio functurum esse, Joh. Baptista *cit. l. n. 1.* Facilius forsan tale pactum, ut improbum rejiciendum esse putarem cum Jacobo de Montepessulano *cit. l. n. 12.* si expresse pactum ita conciperetur, ne recurratur ad arbitrium boni viri, si arbitrator in partibus constituendis dolum commiserit.

De Effectu  
hujus pacti.

§. XII. Sed pacti hujus Effectum varie restringunt & limitant Dd. ut vix aliquid in effectu operari possit. Nam (1) ajunt, nullum esse hujus pacti effectum, si læsio contigerit ex dolo & proposito arbitratoris, Joh. Baptista *de arbitris l. 7. c. 15.* quod quidem expeditum est, si dolus socii vel collusio concurrat, nam ita huic pacto dolus ipsorum pacifcentium resistit, nec ferendum est, ut quis ex suo dolo locupletior fiat; ast ob dolum tertii non ita facile infringitur pactum inter alios bona fide initum, cum dolus ei obesse non possit, qui eum non commisit, Zoesl. *ad tit. de dolo malo n. 11.* Struv. *exerc. 8. th. 29.* Molin. *de J. & J. decis. 352. n. 7.* Deinde limitant hoc pactum, ut (2) effectum amittat, si læsio sit enormis & immoderata, etiam dolo ipsius arbitratoris cessante, ex hac ratione, quia semper in hac renunciatione conditio tacita inesse videtur, *nisi læsus fuerit pacifcens immoderate*, de qua læsione immoderata non præsumitur cogitasse, Joh. Baptista *cit. l.* Sed in contrarium non sine ratione abijt Joh. de Imola in c. *Quintavallis 23. X. de Jurejur.* quia revera in effectu pactum redditur frustratorium, si ob enormem læsionem reductio hoc casu admittenda foret,



ret, cum etiam absque pacto ob modicam læsionem, ne quidem locus sit reductioni, sed enormis requiratur, uti dictum est §. VIII. & socii, qui renunciant reductioni, implicite quoque promittunt, se læsionem enormem in constitutis ab arbitratore partibus attendere nolle, quin quod renunciacionis hæc semper sit natura, ut juris alicujus competentis privationem inducat, adeoque damnum in se contineat, ut ita renunciatio læsionem ex sua natura in se contineat. Conf. Dn. Præf. *Tr. de Successione ab intestato Diff. 8. c. 10. §. 135.* Atque hæc sententia eo magis obtinebit, si pactum tale sit juramento confirmatum. *c. 28. X. de Jurejur.* Utut enim Cardin. Tusch. *p. 6. lit. R. concl. 73. n. 2.* existimet, impetrari posse absolutionem ab hoc juramento, ad effectum intentandæ reductionis, attamen de hoc dubito, quia juramentum nullo vitio laborat, nec is, cui juratur, hic deliquit, aut improbe egit, ut in ejus pœnam juramenti vinculum relaxandum sit. Multo minus reductioni locus erit, si in pacto expressum fuerit, nequidem ob enormissimam læsionem reductioni locum esse debere, quod etiam agnoscit Joh. Baptista *cit. l. nisi forsan arbitrium arbitratoris ita iniquum foret, ut Leoninam constitueret societatem, quæ per se non valet L. 29. ff. pro socio.*

§. XIII. Porro etiam (IV.) pactum ita potest concipi, ut unus ex sociis partes societatis constituat. *L. si societatem 6. ff. pro soc.* & tunc itidem ad boni viri arbitrium res redigenda est, ut scilicet pro lubitu non possit partes constituere, sed prout ratio æqualitatis hoc postulat. Et ita non semper æquas partes absolute facere tenetur, si alter plus operæ, industriæ, vel pecuniæ in societatem contulit, uti fatetur Jctus *in c. 1. 6.*  
 De Pacto ut unus ex sociis partes constituat.  
 Simile

Simile quid in emtione venditione obtinet, *l. 7. ff. de contrab. Emt. Vend. & locatione L. 24. pr. ff. locat.* ubi hæc regula elegans traditur: *fides bona exigit, ut tale arbitrium præstetur, quale viro bono convenit.* Et ita non dubium est, quin etiam reductio hoc casu admittenda sit, si locus inique arbitratus fuerit, non obstante etiam pacto renunciationis, si dolum in partibus constituendis commisisset, quia ita dolus ipsius socii ipsi resisteret, uti antea dictum est.

§. XIV. Communiter tamen contingere solet, ut ipsimet socii statim ab initio variis pactis partes determinant, & ita nunc de huiusmodi pactis agendum erit. Et quidem (V.) huc pertinet pactum, ubi partes inæquales lucri & damni sunt constitutæ. Neque enim unquam dubium fuit, ait Imperator in §. 1. I. de societ. *quin valeat conventio, ut ad unum quidem duæ partes & lucri & damni pertineant, ad alium tertia.* Eo ipso enim in quo quis plus periculi suscipit, plus quoque de lucro participare debet, cum etiam periculi susceptio æstimabilis sit, uti apparet ex *tit. de nautico fænor.* & contractu vitalitio; & sufficit hoc casu, si in una causa, veluti tantum in lucro, aut tantum in damno pars expressa fuerit, nam in eo quoque, quod prætermissum est, eadem pars servari debet §. 3. *f. eod.* quia omissa pro expressis sunt accipienda, quoties una eademque est eorum ratio, Barbosa in *thes. locupl. lib. 13. c. 20. Ax. 1.*

De Pacto inæquali circa lucra & damna difformiter inito. §. XV. Gravior quæstio est (VI.) de illo pacto, quando *difformiter* partes in lucro & damno sunt constitutæ, veluti si *Titius & Sejus inter se pacti sunt, ut ad Titium lucri duæ partes pertineant, damni tertia, ad Sejum duæ partes damni, lucri tertia,* quale exemplum proponit Imperator in §. 2. *f. de Soc.* Sed tale pactum non

non absolute valere plures existimant. Sane Franzkius *ad tit. pro Socio n. 69.* tunc demum tale pactum validum esse ait, si ab altero, cujus melior in hoc pacto conditio, plus operæ vel artis illatum fuerit, alioquin inæqualitatem haud subsistere, quod proportio inter damnum & lucrum hic deficiat. Quintus Mutius etiam contra naturam societatis talem pactionem esse existimavit, & ob id non esse ratam habendam §. 2. *f. de Societ.* Et forsitan Ulpianus *in l. 29. ff. pro Socio* Mutii sententiam amplexus, tunc demum tale pactum subsistere ait, *si modo aliquid plus contulit societati vel pecuniæ vel operæ vel cujuscunque alterius rei causa.* Et hanc sententiam pluribus defendit Cardinalis Mantic. *de tacit. & ambig. Convent. tit. 6. lib. 4. n. 7.* ubi imprimis hanc rationem urget, quod societas habeat jus quoddam fraternitatis, *L. 63. pr. ff. pro Socio* & consequenter æqualitas inter eos necessario servari debeat. Conf. Felicius *de Societate c. 17. n. 32. seqq.* Hartman. *Pistor lib. 3. qu. 1. n. 10.* Carpz. *P. 2. C. 30. def. 39. n. 3.* Et ita quoque explicant plerique Imperatorem in §. 2. *f. de Societ.* sententiam Servii Sulpitii amplectentem, quasi in ratione decidendi supponatur casus, ubi ita pretiosa alterius socii opera est, ut justum sit, cum conditione meliore in societatem admitti.

§. XVI. Verum optime animadvertit Bachovius *ad Treutl. Vol. 1. dist. 27. th. 9. lit. B.* Quintum Mutium de hac sententia vix cogitasse, nec Servium *in Notis ad Mutium* ab ejus sententia divortium fecisse. Paulus tum Mutii, tum Servii sententiam refert in *L. 30. ff. pro Socio* his verbis: *Mutius libro 14. scribit, non posse societatem coiri, ut aliam damni (separatim scilicet) aliam lucri partem socius ferat (scilicet itidem separatim.)* Atque

Quinti Mutii sententia explicatur.

C

que

que hanc sententiam quoque Servius approbavit, referente Paulo his verbis: *Servius in notatis Mutii ait, nec posse societatem ita* (prout Mutius propofuerat) *contra bi.* Ut itaque ad mentem Mutii & Servii casum concipiamus, supponimus convenisse Titium & Sejum eo modo, qui in §. 15. ab initio expressus est. Nundinis Lipsiensibus hyemalibus damnum in negotiatione ferunt 900. Thalerorum, sed nundinis subsequenter duabus lucrum 1200 thalerorum acquirunt. Quod si utrinque computationes fieri debent, non ita posse coiri societatem ait Mutius & Servius, ut primo damnum 900 thal. separatim inter socios dividatur, & Sejus 600 Titius vero 300 loco damni ferre debeat; ut postea deinceps lucrum separatim quoque dividendum sit, ut Sejus 400, Titius vero 800 loco lucri ferat; tale pactum enim esse contra naturam societatis, indicat ratio subsequens, quam Servius addit: *neque enim lucrum intelligitur nisi omni damno deducto, neque damnum nisi omni lucro deducto*, adeoque in proposita specie, damnum 900 thalerorum deducendum foret à lucro 1200 thalerorum, quo factò, damnum nullum dividendum supererit, sed merum lucrum, scil. 300 thalerorum, quod secundum partes præstitutas divisionem recipiet. Hisce in cit. L. 30. præmissis, Servius delabitur ad præsentem quæstionem & casum, & ita pergit: *Sed potest coiri Societas, ita ut ejus lucri, quod reliquum in societate sit, omni damno deducto pars alia feratur, & ejus damni, quod similiter relinquatur, pars alia capiatur*, ex qua decisione satis apparet, pactum tale inæquale omnino admittendum esse. Nec obstant verba taxativa in l. 29. pr. ff. pro Socio si modo &c. quippe quæ commode accipi possunt de causa impulsiva, qua moti socii in inæquale e-

jus-

jusmodi pactum consentiunt, cum vix accidere soleat, ut absque causa justa Socii, qui utrinque ambiunt lucrum, ab æqualitate recedant, & ita Jctus tantum loquitur de eo, quod fit ut plurimum, non tamen necessario fieri debeat.

§. XVII. Concludo itaque, admitti hujusmodi pactum inæquale, cujus formulam adduxi in §. XV. ab initio, licet vel maxime æqualiter intulerint in societatem, sive industriam, sive operas, sive pecuniam. *Decisio & approbatio pacti hujus inæqualis.* Quod si enim omnis alia deficiat ratio, qua moti socii, qui æqualiter intulerunt, inæquales partes constiterint, sane donationis causa subesse potest, cum non raro ditiores mercatores hac ratione eos, qui negotiationes demum aggrediuntur, socios assumant, ut hoc pacto iis subveniant, ne statim in limine negotiationis, casu sinistro accedente, solum vertere cogantur. Et licet in l. 5. §. 2. ff. pro socio donationis causa societas non recte contrahi dicatur, tamen hoc intelligi debet de casu, si in totum donationis causa contracta fuerit. Lauterbach in colleg. pract. tit. pro soc. §. 19. sed quin pro parte donationis causa constitui possit, non dubium habet. arg. l. 38. ff. de Contrab. Emt. vend. quam sententiam etiam plerique recentiorum Jctorum amplectuntur Carpz. p. 2. c. 30. Def. 39. n. 5. & def. 38. n. 7. Hartman. Pistor lib. 3. qu. 1. n. 4. Menoch. de arbitr. Quæst. lib. 2. cas. 125. n. 6. Lauterbach. cit. l. Christineus Vol. 3. decis. 57. n. 2. Perez ad Cod. tit. pro Socio n. 6. in fine. Sed de pacto donationis infra §. XXII. speciatim agendum erit.

§. XIII. Hisce excusis firmius iudicium ferri potest de illo pacto (VII.) quando scilicet unus tantum operas, & alter tantum pecuniam societati intulit, & qui operas intulit, pactus fuit cum socio, ne operarum sua-  
 C  
 An pactum valeat ne quis operarum suarum damnum ferat.

suarum periculum subiret, sed finita societate, ubi apparet in vanum operas impensas esse, compensationem earum à socio ferret. Improbatur tale pactum Hætor Felicius *de societate cap. 18. n. 2. seqq.* ex hac ratione, quod sicuti ex suis operis lucrum facere intendit, ita etiam conveniens sit, ut earum periculum ferat; quæ ratio tamen tantum tunc stringit, si conventio nulla hac de re inita fuerit, ubi vero, id quod supponimus, pactum huiusmodi adest, non apparet ratio, cur non valere possit, & quidem ex ratione antea adducta, quod etiam ex parte donationis causa possit contrahi societas, unde pro huiusmodi socii cautela commendari solet, ut annum salarium sibi simul stipuletur, daß in Fall die Mascopey unglücklich ablaufen sollte / ihn zum wenigsten ein jährlicher Buchhalter Lohn gezahlet werden sollte. Dn. Præf. in *Notis ad Lauterb. Tit. pro Socio, voc. perditæ periculum.*

Quid si pecunia illata percat.

§. XIX. Quod si in casu proposito pecunia ab altero solo illata percat, damnnum est ejus solius, qui intulit pecuniam; sicuti eam salvam habet, & præcipuam, quando prospere omnia cedunt, Struv. *Exerc. 22. §. 34.* Bachov. *ad Treutl. Vol. disp. 27. th. 9. lit. a.* Brunnem. *in l. 1. C. pro socio.* Felicius *de Societate cap. 18. n. 88.* quamvis, quod non diffiteor, plures in alia omnia eant, & damnnum pecuniæ seu sortis commune esse debere contendunt, inter quos est Blasius Michalorius *de fratribus P. 3. c. 59.* ubi simul Doctorum varias circa hanc questionem sententias refert. In tanta Dd. ambiguitate, consultius semper est, rem pactis determinare, prout pactum ut communiter fieri sivevit. Adeoque huc pertinet (HIX) pactum, *ut damnnum in sorte sit commune, quam unus sociorum tantum intulit.* Hoc pactum validum esse imprimi-

mis illi agnoscent, qui cum Michalorio & Treutlero a-  
 liisque à Michalorio *cit. l. n. 3.* allegatis hoc ordinarie  
 etiam extra pactum juris esse statuunt. Reliqui, qui  
 contra Michalorium extra pacti casum damnum fortis  
 eum solum ferre debere ajunt, qui illam intulit, rursus  
 in duas classes se dividunt; quidam enim tale pactum  
 improbant, quidam approbant. Inter illos familiam  
 ducit Hector Felicius *de Societ. c. 18. n. 86.* qui in ante-  
 cedentibus illud pactum improbaverat, vi cujus con-  
 ventum erat, ut damnum fortis unice ad eum specta-  
 ret, qui operas tantum intulit, & decisionem etiam ad  
 eum casum extendit, si pactum tantum *de parte damni*  
 conceptum fuerit, ex vera ratione, quod quicquid juris  
 est in toto, juris etiam fit in parte. Amplexi etiam  
 hanc opinionem sunt Socin. *Vol. 2. conf. 265. n. 4.* Rimi-  
 nald. *Jun. lib. 4. conf. 400. n. 51.* Ast vero, utut vel ma-  
 xime sententia prior, quam Felicius *cit. l.* plenius tra-  
 ctavit, de casu, si inferens operas, fortis periculum *in*  
*totum* in se recepit, esset admittenda, de qua tamen *S.*  
*seqq.* dispiciemus, tamen ratio inde deducta est admo-  
 dum imbecillis, quod scilicet idem juris fit in parte,  
 quod in toto, cum hæc regula haud procedat, si di-  
 versitatis ratio in parte allegari possit *L. 8. §. sed nec im-*  
*pubes ff. de inoffic. testam.* quæ in præsentem manifesta  
 est, quia scilicet in hoc casu non est tanta inæqualitas  
 inter socios, quæ quidem adesse videtur, si socius, qui  
 tantum operas confert, fortis totius periculum subire  
 cogatur. Et proinde recte dissentiunt Struv. *cit. l. Ma-*  
*rant. in Spec. aur. p. 4. dist. 4. n. 23.* Mev. *P. 4. decis. 169.*  
*n. 5.*

§. XX. Gravior est difficultas, (IX.) de illo pa- Pactum ut  
 cto, quo focii, quorum unus operam tantum, alter periculum  
 tantum fortis sit.

penes eum tantum sortem confert, inter se conveniunt, ut periculum totius sortis sit penes eum, qui operas tantum contulit, & ita alter omni casu salvam sortem habeat. Gravissime contra hoc pactum pugnat Hæctor Felicius de societ. c. 18. n. 3. seqq. asserens hoc pactum esse iniquum, illicitum & nullum, imo maxime usurarium, quam sententiam etiam plures alii ab ipso n. 8. allegati sequuntur. Pro iniquitate hujus pacti adducit Felicius l. 29. §. 2. ff. pro socio, qui tamen textus plane huc non quadrat, cum loquatur de tali pacto, quo conventum, ut alter omne lucrum, alter omne damnum ferat; hic vero pactum supponitur, ubi quidem lucrum commune est, periculum autem fortis tantum in alterum consocium redundat, ubi sane tanta inæqualitas haud adest, uti priori in casu; & hujusmodi pactum disertis verbis approbatur in l. 29. §. 1. ff. pro soc. Alii itaque hanc addunt rationem, quod pactum hoc præsumatur simulatum in fraudem usurarum, cum magis mutuuum usurarium subesse videatur. Gail. in l. 1. ff. pro socio. Covarr. lib. 3. var. resol. c. 2. n. 3. quam rationem tunc quidem quodammodo stringere arbitror, si certa quantitas loco lucri promissa fuerit; Ast ubi quota lucri tantum v. c. tertia, quarta vel dimidia pars lucri in conventionem deducta est, prout in societate fieri siveit, omnino recedit hæc conventio à mutuo usurario, quoniam hoc casu lucrum demum intelligitur, quod deducto damno superest, & si nihil superest, nihil lucratur L. 30. ff. pro socio quæ res longe aliter sese habet in mutuo, ubi usuræ indistincte debentur. Mantica de tac. & ambig. convent. lib. 6. tit. 6. n. 11. Alii facilius hoc pactum admittunt, ut pecunia alterius focii sit semper salva, isq; nullum prorsus sentiat damnum, si uterque sociorum sortem



fortem intulerit, de quo casu intelligendi sunt Hartm. Pistor *lib. 3. qu. 1. n. 31.* Carpz. *P. 2. C. 30. def. 39. n. 6.*

§. XXI. Sed non adeo iniquum aut leoninum hoc <sup>Quomodo</sup> pactum videtur, si sub illis circumstantiis, quas Man- <sup>tale pactum</sup> tica *cit. l. n. 3.* adducit, intelligatur. Quando enim hoc <sup>tolerari pos</sup> pactum inter se socii ineunt, communiter contingere <sup>fit.</sup> solet, ut is, qui periculum fortis suscipit, majorem partem lucri sibi stipuletur, ubi inæqualitas non adeo obstare videtur. Neque enim pactum de percipiendo certo præmio vel lucro pro suscepto periculo in jure improbatur, sed in contractu assecurationis, vitalitio, nautico tœnore, aliisque admittitur, quemadmodum etiam fœmina vel alius pro periculo fidejussionis pecuniam accipere potest, *L. 6. §. 7. mand. L. 19. §. 1. ff. de donat. L. 3. C. ad SC. J. Vellej. L. 19. §. 6. ff. P. V.* Et huc pertinet suo modo decisio Imperatoris in *§. 2. J. de Societ.* ubi ait, posse convenire socios, *ut quis lucri partem ferat, de damno non teneatur, & quod JCrus in L. 29. §. 1. ff. pro socio* adfert, ajens: *Ita coiri societatem posse, ut nullam partem damni alter sentiat, lucrum vero commune sit, Caspius putat, quod ita demum valebit, (ut & Sabinus scribit) si tanta sit opera, quanti damnum est. Plerumq; enim tanta est industria socii, ut plus societati conferat, quam pecunia, item, si solus naviget, si solus peregrinetur, pericula subeat solus. Quin etiam contingere potest, ut lucrum sit æquale, & tamen fortis periculum ex pacto ad alterum pertineat, si scilicet plane nullas operas præstat, ita enim, quia lucrum sperat, ubi nihil intulit, non iniquum est periculum fortis hujusmodi socium subire. Sic relatum mihi est, acta ante paucas septimanas ad illustrem Facultatem Juridicam fuisse transmissa, in quibus disceptatum hætenus fuerat de tali*

tali conventionē, qua mulier quædam Lucia pecuniam 300 thalerorum pro coemptione certæ partis metallicæ (neuer Kuxe vulgo ajunt) numeraverat, Titia vero hac lege in societatem sperati lucri der Ausbeuthe erat admiffa, ut si contingeret, pretium partium metallicarum decrefcere daß die Grube fallen folte / fortis numeratæ periculum ipfa subiret, & Lucie pretium 300 thal. redderet. Per tres conformes ſententias pactum hoc confirmatum fuit, & quidem merito, quia Titia nec fortem contulerat, nec operas aut induſtream præſtiterat, & tamen partem lucri ſibi ſtipulata erat, pro qua parte periculum fortis quoque in ſe ſuſcipere recte poterat. Denique id, quod jam antea monitum eſt, non improbum aut illicitum videtur, donationis animo, modo de eo conſtet, meliorem conditionem ſocio in negotiatione concedere quo caſu tamen conſultum maxime foret, ut expreſſa donationis mentio fiat. vid. Dn. Præf. de Caut. Contr. S. 2 c. 10. S. 5.

Refutatur  
Felicius.

§. XXII. Sed deciſionem prædictam ne quidem ſub his admittit circumſtantiis Felicius de ſocietate c. 19. ſed varia contra illam opponit. Nam ubi is, qui periculum fortis ſubit, plus lucri expectat, non ſuſſistere pactum ait, quia quilibet ſuæ fortis periculum ſuſtinere debet, abſque involucro ejusmodi compenſationis. Sed hoc eſt idem per idem probare. De hoc enim quæritur, an non, obſtante pacto contrario nihilominus, qui pecuniam tantum intulit, ejus periculum ſubire debeat? Admitti utique poteſt ſententia Felicij, ſi hac de re nihil actum ſit, ſed nullibi in jure repetitur prohibitum, ne ab hujusmodi ſocietatis natura abiri poſſit. Quoad alterum caſum, ſi donationis cauſa hujusmodi ſocietas inœatur, diſtinguit, utrum donatio ante ſocietatem

tatem, an in ipsa societate fiat; prius contingit, si alicui donetur pecunia, & postmodum super pecunia donata societas contrahatur, & hanc validam esse concedit. Sed de hac non adeo controversia est. Si vero in ipsa societate vi pacti *donationis causa* quidem constituatur, hoc plane repugnare naturæ societatis existimat, *cit. l. n. 6. seqq.* propter *L. 5. in fine pro socio L. 46. ff. locat. & l. 16. §. 1. ff. de minor.* ubi notanter JCTus ait: *Si minor circumscriptus societatem coierit vel etiam donationis causa, nullam esse societatem nec inter majores quidem.* Sic itaque hac occasione dilabimur (X.) *Ad pacta donationis causa societati adjecta.* Ubi adhuc paulo plenius explicandum, an & quatenus subsistant. Jam in §. XVII. in fine ostendi, nullam tunc esse societatem, quando in totum donationis causa societas contrahitur, veluti, si alter sociorum nullum lucrum percipere vellet, ita enim revera societas nulla subesse potest, cujus essentia unice in communicando lucro quaerenda est. Et de tali conventionione evidentissime loquitur *L. 46. ff. locati*, veluti si quis rem maximi pretii pro uno nummo vellet locare, revera enim locatio haud esset, cum magis simulata quam vera merces adesset. Sed propterea non dubitatur, quin res donationis causa viliori quadam mercede alicui locari possit. Quemadmodum in emptione venditione id admittunt jura. *vid. L. 38. ff. de contrab. Emt. vendit.* Et hunc in sensum commode accipi quoque potest *L. 16. §. 1. ff. de minor.* Cui addi potest *L. 32. §. 24. ff. de donat. inter vir. & ux.* ubi dicitur quod societas donationis causa interposita nec inter virum & uxorem, nec inter ceteros valeat, quod etiam confirmatur in *L. 35. §. 5. ff. de donat. m. c.* quia tunc demum vera donatio & non societas adest, si quis nullum lu-

Pacta donationis causa adjecta.

D

crum

crum percipere vellet, & ita demum in totum recederetur à natura & essentia societatis; sed si tantum *pro parte* donationis causa alteri socio melior quædam conditio indulgeatur, *alteratur* tantum per pactum natura societatis, non in totum evertitur, quod leges facilius admittunt. *arg. leg. 24. ff. de pos. Conf. Brunnem, ad L. 16. ff. de minor. n. 7.* Ceterum si donationis causa in totum societas contraheretur, dubium oritur, an non talis conventio saltim subsistat jure donationis? In adductis textibus tantum dicitur, quod societas haud valeat, quia scilicet plane essentialia societatis ita evertuntur. Sed propterea asseri nequit, quasi nihil plane actum sit, cum plus valere debeat, quod agitur, quam quod simulate concipitur. *Conf. Accursius ad L. 5. ff. pro Socio.*

An valeat  
pactum de  
lucro in in-  
certa quan-  
titate spe-  
rando.

§. XXIII. Patet vero ex hætenus dictis lucra & damna semper ita determinari solere, ut *certa quota lucri & damni* alteri assignetur v. c. dimidia vel tertia pars lucri. Hinc quæstio exurgit, an subsistat (XI) tale pactum, *vi cuius alter sociorum certam quantitatem lucri, veluti 200 thaleros percipere possit.* Occurrunt de hoc pacto textus duo notabiles in *tit. pro Socio.* Nam in *L. 44. ff. eod.* talis casus proponitur: *Si margarita tibi vendenda dederò, ut si ea decem vendidisses, redderes mihi decem, si pluris, quod excedit, tu haberes. Mibi videtur, si animo contrahende societatis id actum sit, pro socio esse actionem.* Sic itaque societas in eo posita videtur, quod alter margarita contulerit, alter vero operas in vendendo præstiterit, sed tamen ut lucrum incertum ipsi assignetur. Quod si enim ea decem & non pluris vendiderit, revera lucrum non habet, alter si pluris, lucrum; sed incertum consequitur. Similis fere textus est in *L. 52. §. 7. ff. eod.* ubi inter Flavium Victorem & Vellicum

Asia-

Asianum tale pactum in initum erat: *Ut locis emtis pecunia victoris monumenta fierent opera & peritia Asiani, quibus distractis, pecuniam Victor cum certa quantitate reciperet, superfluum Asianus acciperet, qui operam in societate contulit.* Ibi rursus occurrit casus, ubi qui operam contulit, incertam quantitatem sibi pactus est, superfluum scilicet, quod deducta quantitate Victori promissa supererit. Et tale pactum omnino valere & actionem pro socio operari Iustus asserit. Ad horum rextuum illustrationem pertinet quoque exemplum, quod Hector Felicius *de societ. c. 17. n. 25.* adducit; veluti si is qui pecuniam intulit in societatem, stipuletur sibi sex vel septem annua pro centum, ut tamen fors ipsius conferentis periculo sit, si vero lucrum adefset in quantitate majori, id ipsum spectare debere ad socium, qui tantum operam contulisset, v. c. hoc modo, daß Er von wegen seines Capitals Jährlich von dem Vortheil nicht mehr als 6. procent prætendiren wolle / was mehr damit gewonnen werden könnte / solte der ander Maseopey Bruder vor seine Mühe hinnehmen. Quod si esset conventum, ut fors illata esset periculo alterius, qui operam confert, vix à mutuo usurario hoc pactum distingui posset, & in effectu non societas, sed mutuum contractum videtur, & ita ad palliandam usurariam pravitatem societas fingi posset. Mantica *de tac. & ambig. convent. lib. 6. tit. 7. n. 13.*

§. XXIV. Quemadmodum autem in societate, pactum ne quæ quæstus gratia in initum (quam hic potissimum excollatimus) ordinariè, quæ conferuntur, communicantur, communita simul communio quoque rerum illatarum inter socios inducitur. Et inde quoque, quando damnum in re sociorum datum est, hoc commune est. *L. 52. §. 3.*

D 2

ff. pro

*ff. pro Soc.* Verum (XII.) pacto etiam hoc immutari potest, ut scilicet res collatae non fiant communes, sed tantum communicentur quoad fructus & lucra, de qua conventionione vel expresse constat, vel aliquando tacite ex circumstantiis rei colligitur, quo pertinet exemplum in §. *anteced.* de margaritis venditis adductum. Simile JCtus adfert in *L. 58. pr. ff. pro Soc.* ubi casus est de duobus, quorum unus tres equos alter unum habebat, & postea hoc pacto societatem inter se coeunt: *Ut accepto equo uno alter quadrigas venderet, & ex pretio quartam alteri redderet.* Patet ex hac conventionione, equos ipsos non fuisse communicatos, sed tantummodo societatem contractam circa pretium ex equis redigendum. Quod si itaque ante venditionem equus alterius focii mortuus est, non manet societas, nec ex pretio equorum alterius pars alteri, cujus equus mortuus est, debetur. Non enim inquit JCtus, *habenda quadrigae in commune sed vendenda coita est societas.* Aliud itaque dicendum, si contrarium actum sit, ut scilicet quadrigae communicarentur. Aliud exemplum est in *L. 13. §. 1. ff. P. V.* de eo qui pecus pascendum alteri tradiderat, ut post certos annos venisset, & pretium inter eos communicaretur. hic pecus manet ejus, cujus ante fuerat, & pretium tantum communicatur. In Colono partiaro fere idem contingit, cui tantum fundus traditur ut ipsum colat, & deinde fructus exinde percepti communes fiant. *L. 25. §. 6. ff. locat.* Quod si itaque vel expresse vel tacite id actum sit, ne res ipsa communicetur, proprietates rerum collatarum singulis manet, sed in dubio, ubi nihil aliud actum, res potius communicatae censentur ex natura hujus negotii. Schilter *pr. jur. Rom. Excer. 29. §. 4. Felicius de societ. c. 9. §. 48. seqq.* Franzk. *ad ff. tit. pro socio n. 45.*

§. XXV. Majoris firmitatis gratia accedere etiam <sup>Pactum</sup> potest (XIII.) <sup>pœnale.</sup> pactum pœnale, ut scilicet si ita facta non erunt, pro ut inter socios conventum, ab eo, qui contra venit, certa pecuniæ quantitas præstetur, quale exemplum est in *l. duo societatem 71. ff. pro socio*. Verum hoc pactum non adeo singulare est in hoc negotio, sed omnibus aliis negotiis accedere potest, ubi de faciendo potissimum agitur *L. 28. ff. de Act. Emt. Vend.* Solebat autem apud Romanos pœna per stipulationem subijci, ubi disputabatur, an talis stipulatio novaret priorem obligationem, quod negat JCtus in *l. 71. cit.* ut adeoque actione pro socio exigi possit pœna, si contra actum fuerit. Sed recte animadvertit Brunne- man. *ad cit. l. n. 2.* hodie has quæstiones non adeo utiles esse, cum jure novo non aliter novatio inducatur, quam si expressis verbis id ipsum fuerit actum. Si itaque expressis verbis novatio nulla inducta fuerit, vel ex stipulatu vel pro socio agere alter potest, sed siquid ex stipulatu ad pœnã egerit, pro socio amplius agere non potest, si tantumdem in pœna sit, quantum ejus interfuit *L. 41. ff. pro socio* pœna enim conventionalis succedit loco rei, ideoque pœna exacta, res amplius exigi nequit, sicuti per contrarium re exacta, pœnæ persecutio cessat. Gothofredus in *notis ad cit. L. 41. tit. 11.* Brunne mannus *ad L. 28. de act. emt. vend. n. 2.* nisi forsan plus in re, quam in pœna fuerit, sic enim pœna quidem in sortem imputatur, sed reliquum actione pro socio consequetur *L. 42. ff. pro socio*. Sed de eo graviter DD. disceptant inter se, pro qua quantitate pœna promitti possit, cum *L. un. Cod. de sent. quæ pro eo quod interest.* videatur certum modum constituisse, ne ultra duplum promitti pœna possit, quam legem etiam in pœnis conventionalibus locum habere arbitrantur. vid. Brunne man. *ad*

cit. l. un. n. 13. seqq. Verum quoniam *L. un.* tantum de certa quantitate potissimum loquitur, non aliter hic locum obtinere videtur, quam si etiam hic certum quid determinari possit, si autem incertum contineatur, statur pœnæ conventionali, v. c. si pœna adjecta sit ei, qui recedere vult à societate & causam recessionis dederit, qualem formulam suggerit Dn. Præses in *Caut. Contr. S. 2. c. 10.* Conf. Menoch. de *Arbitr. jud. quest. cof.*

Pactum in 260. n. 16. seqq. ubi varie distinguit.

L. 69. ff. pro socio explicatur.

§. XXVI. Accedamus (XIV.) ad pactum famosum quidem, sed satis obscurum & explicatu difficillimum in *L. 69. ff. pro socio* in quo explicando hætenus eruditi mirifice variarunt, adeo ut Cujacius *lib. 4. obs. 17.* non dubitaverit asserere, à quo tempore juri Civili operam dare ceperit, nullam eum legem diutius torfisse, quam hanc, nec plane etiam nunc ausum dicere, eam à se legem intelligi. Lex ipsa ita se habet: *Cum societas ad emendum coiretur & conveniret, ut unus reliquis nundinas i. e. epulas præstaret, eosque à negotio dimitteret, si eos eis non solverit, & pro socio & ex vendito cum eo agendum est.* Hic fere in singulis verbis DD. hærent, & varie textum emendare & mutare solent, in quibus castigandis more aliorum haud ero sollicitus. Sic quoque nec adeo laborandum esse existimo, utrum verba: *si eas eis non solverit*, sint pars formulæ seu conventionis, an non ad decisionem JCTi pertineant, quamvis si ad decisionem, secundum vulgatam lectionem, referri debeant, tamen in ipsa formula, quæ concisa satis est, commode subintelligi queunt. Puto itaque hunc casum ita simplicissime ex hac lege erui posse. Quatuor Mercatores, Lucius, Sejus, Mevius & Titius societatem ad emendas merces ineunt, simulque inter se conveniunt, ut reliqui quidem in coemendis mercibus occupati



cupati sint, Titius autem loco operarum præstandarum jure societatis epulas iis præstaret & pararet pro pretio, Er solle sie währrender Handlung speisen und vor das Essen und Futter sorgen / & si forsan eas præstare desisteret, eos à negotio seu negotiatione & societate dimitteret, seu ut ita in casu pacti non servati, ipsi quoque ex societate haud obstricti sint ad lucrum, quod ex coemptione fecerunt, communicandum; sed potius Titius simpliciter à societate recedere debeat. Dupliciter hoc casu agi potest, si non præstiterit Titius epulas (1) ex vendito; eo ipso enim, quo promisit reliquis sociis, epulas pro pretio præstare, videtur contracta esse emtio venditio, quæ ordinarie contrahitur cum coquis, qui epulas præstare promittunt, ad hoc scilicet, ut epulas promissas præstent, vel (2) agi potest actione pro socio, ut discedat à societate, & reliquis interesse præstet, cum in causa forsan sit, quod societas non ita, uti incepta, continuetur. Neque obstat, quod ordinarie ex contractu haud agatur ad contractum dissolvendum, nam hoc fallit, ubi per pactum adjectum actum est, de contractu in certo casu dissolvendo, arg. l. 6. §. 1. de Contrab. Emt. Vend. L. 4. pr. ff. de leg. commiss. L. 7. §. 5. de pact. Revera enim hic duo contractus concurrere videntur (1) SOCIETAS quod colligitur ex verbis: cum societas ad emendum coiretur. (2.) CONTRACTUS EMTIONIS, quo pertinent verba immediate sequentia: & conveniret, quæ tam de pacto adjecto societati, quam de speciali contractu separatim facto intelligi possunt, & sicuti ex ipso contractu principali datur actio pro Socio, ita etiam ex emto agi potest, quatenus ipsum pactum adjectum revera contractum emtionis simul in se continet. Aliter explicat,  
& pla-

& plane diversum format casum Dn. Pagenstecher in *benedictis Col VII.* cujus explicatio itidem non adeo incommoda est, negari enim nequit, ambiguum sensum verba *cit. legis* habere.

Pañum de  
constituen-  
do institore  
communi.

§. XXVII. Sed pergamus ad alia pacta. Scilicet (XV) sæpe solent focii inter se convenire, *ut per com- munem præfectum societati vel institorem administrent*, quo deinceps constituto, obligantur focii ex institoris administratione, propter communem præpositionem *l. i. & l. ii. §. 2. de instit. act.* quod quidem primitus jure prætorio introductum fuit, sed postea tamen invaluit, ut directo ex contractu institorum contra socios tanquam præponentes agi potuerit, *§. f. j. quod cum eo qui in alien. potest.* Utrum vero ex hoc pacto focii pro rata obligentur, an vero in solidum, disquirendum est. Constat quidem socios communi consensu contrahentes, tantum obligari pro rata, *L. f. ff. de ædil. edict. Felicius de Societ. c. 30. n. 34. Lauterbach. de Sociorum obligat. §. 34.* Ast vero ubi unum societati præponunt, per quem contrahant cum extraneis, durius videtur, ut hi, qui cum uno contraxerunt, postea distringantur in plures adversarios, atque inde etiam in exercitoria actione cautum est, ut plures exercitores in solidum teneantur *L. i. §. f. l. 2. & 3. ff. de exerc. act.* Speciatim etiam de institoria actione id Jcti antiqui admiserunt, uti apparet ex *L. 13. §. f. l. 14. pr. de inst. act.* ubi casus occurrit de duobus pluribusve, qui tabernam exercuerunt, sine dubio jure societatis, & huic tabernæ servum præposuerunt, ubi disquirunt Jctus pro qua parte singuli obligentur? Respondet, *verius esse, exemplo exercitorum in solidum unumquemque conveniri posse*, quod ipse quoque extendit ad casum, si alienus servus præpositus

positus fuerit. Ceterum si alter ex præponentibus solidum solvit, ejus partem postea societatis judicio consequitur, ut dicitur in *L. 14. de instit. act.* vel ut hodie loquuntur, et bringt es der Societät in Rechnung. Et hanc decisionem præcise pertinere ad casum, ubi locii institorem præposuerunt negotiationi, declarat Jctus in *L. 14. cit.* his verbis: *Certe, ubicunque actio societatis vel communi dividundo cessat, quemque pro parte sua condemnari oportere constat, veluti si is, cujus seruo creditum est, duobus heredibus institutis, ei seruo libertatem dederit, nam heredum quisque pro sua parte conveniendi sunt.* Conf. Lauterbach. *de oblig. socior.* §. 19. Non itaque audiendus est Gail. *2. obs. 24. n. 9.* qui putat, tantum singulos obligari pro rata, illudque deducere conatur ex *L. 24. ff. pro soc.* ubi dicitur, quod commune debeat esse sociorum periculum, quoniam omnes institorem præposuerunt. Verum non de eo est quæstio, an institutor communi periculo contrahat, quod in dubium vocari nequit, cum finaliter omnes socios hoc tangat, quod ab institore actum est: sed potius, an extraneus vel unum ex sociis in solidum convenire possit? quod antea affirmatum, & simul ostensum est, solventem regressum habere actione pro socio adversus consocios, quo ipso in effectu fit, ut commune sit hujus obligationis periculum, & ita non sine ratione Eberhardus Fabricius in *not. ad Gail. cit. L.* ab eo recedit.

§. XXVIII. Idem erit dicendum, si (XVI.) pactum ut etum tale inter socios initum sit, ut unus ex sociis, & unus ex sociis non extraneus, societati præpositus sit. Operatur enim hoc pactum inter socios initum, ut singuli ex factis societas facti præstiti, locii institoris obligentur in solidum, quod patet ex *L. 4. §. 1. ff. de exercit. act.* ubi Jctus ait: *Sed si plures exerceant, unum autem de numero suo, magistrum (institorem)*

rem) fecerint, hujus nomine in solidum poterunt conveniri. Quia iniquum visum fuit, eum, qui cum uno contraxit, postea in plures adversarios distringi. Hector. Felicius de societ. c. 30. n. 31. seqq. Lauterbach. de obligat. socior. §. 55. id quod conforme est Reform. Francof. P. 2. tit. 23. §. 9. ubi ita: Was den in Nahmen der Gesellschaft durch einen derselben (mit Verwilligung und Vorwissen der andern) oder durch deren angenommenen bekendt. Factorn mit Kauffen und Verkaufsen / oder andern verhandelt wird / das obligirt und verpflichtet die ganze Gesellschaft zu leisten und zu halten / und mag ein jeder aus derselben in solidum und unterscheidentlich derowegen umb Bezahlung mit Recht sürgenommen werden. Hoc tamen non aliter intelligitur, quam si socius nomine societatis contraxerit; Si enim proprio nomine, & non

tanquam socius præpositus egerit, societatem haud obligat, quoniam hujus, non societatis fidem secutus est, qui cum socio, sed non qua tali, contraxit L. 13. C. Si cert. petat. Christinæus Vol. 3. decis. §. 2. Nic. Everhard. Jun. Vol. 2. Cons. 6. n. 6. Hector. Felicius de societ. c. 30. n. 2.

Quodsi tamen contractus in utilitatem societatis celebratus sit, veluti si pecunia, ab hoc præposito accepta mutuo, in arcam communem fuerit versa, æquum omnino est, ut societas obligetur L. 82. ff. pro soc. Sic enim obligantur singuli focii, quasi ipsimet contraxisent, unde hoc casu magis pro rara, quam in solidum eos obligari vult Lauterbach cit. l. §. 46.

In hoc tamen hic institor socius ab extraneo, de quo in §. præced. actum, differt, quod ipse obligetur creditori, quotorem extraneum & præiis solvere cogi, & executio in ea fieri possit: Extraneus

neus infitor de suo regulariter præstare nihil cogitur, Carpz. P. 1. *decis. 10.* nam infitor socius etiam negotiationem simul proprio nomine exercet, de ejus lucro participat, & ita merito quoque proprio nomine obligatur L. 4. §. 1. de exercit. act. Lauterbach. cit. L. n. 51.

§. XXIX. Huic pacto proxime accedit (XVII.) Pactum ut illa conventio, qua inter se conveniunt socii, ut quicquid unus sociorum faceret, illud perinde haberi deberet, ac si ab omnibus sociis esset gestum. Sic quasi singuli in solidum societati præpositi videntur, & ita eo magis singuli conveniri possunt. Utrum vero ex unius contractu reliqui quoque socii hoc casu in solidum teneantur, quaeritur? Et quidem distinguendum esse judico, utrum proprio nomine contraxit, an vero tanquam socius: Priori casu reliqui non obligantur: utrum enim pactum hoc jus faciat inter pacilcentes, tertius tamen, quocum societatis nomine nihil actum est, ex hujusmodi pacto contra reliquos actionem habere non potest, L. 38. §. 17. de V. obl. nam creditor hoc casu nequidem voluntatem habuit, alios, præter eum, quocum contraxit, sibi obligandi. Grav. lib. 2. concl. 24. consid. 2. n. 10. Tessaure. *decis. 136. n. 7.* Posteriori casu eadem obtinebit decisio, quam antea jam formavimus, si infitor nomine societatis egerit, ubi ostendimus, singulos tali conventionione obligari in solidum. Hoc pactum etiam tacite aliquando inde colligitur, si socii singuli separatim negotia quædam exercent, Christin. Vol. 3. *decis. 52. n. 2.* vel si plures socii in una statione promiscue negotientur. Mev. ad Jus Lubec. lib. 3. tit. 9. art. 5. n. 5. Mercur. Merlin. de pignor. lib. 2. qu. 76. n. 17. Lauterbach. cit. l. §. 60. n. 4. Quodsi tamen socius, qui non contraxit, ex alterius negotio conveniatur, beneficium habet

Ez

ENCUS-

Beneficium  
excusationis  
an sociis  
detur.

*excusationis*, id quod ordinarie illis indulgetur, qui ex alterius facto obligati sunt. *L. 65. §. 14. pro soc. Nov. 4. cap. 1. Carpz. P. 2. qu. 18. def. 10.* quod tamen communiter limitant in sociis mercatoribus, quippe inter quos hoc beneficium cessare volunt. *Gail. 2. obs. 27. Jo. Aloysius Riccius P. 1. collect. decis. 237. Finckelth. obs. 96. n. 17.* ut scilicet eo liberior & expeditior commerciorum usus sit, nec aliquo modo retardetur, sed brevi manu lites inter Mercatores expellantur. *Finckelth. cit. L. n. 8.* quod etiam conforme videtur *Recessui Imp. de Anno 1654. §. 107. Conf. Mynf. 2. obs. 15. n. 5. Zanger. de except. p. 2. c. 16. n. 14. Berlich. P. 2. concl. 24. n. 45. seqq. Steph. Gratian. tom. 1. discept. for. c. 64. n. 11.*

Pactum ut  
conjun-  
ctim socii  
negotien-  
tur.

§. XXX. Succedit (XVIII.) pactum, ut socii conjunctim negotientur, ita ut alter sine altero societatis nomine nihil agere vel contrahere possit. Hujus pacti ea vis & potestas est, ut si unus socius, societatis nomine, & de rebus ad societatem spectantibus, contraxerit, tamen reliqui socii exinde nullo modo obligentur, quoniam cum socio non contractum est secundum formam societati præscriptam. Pertinet huc decisio *L. 1. §. 14. ff. de exercit. act.* Ubi *JCtus* ait: *Sedes sic præposita, ut plerumque faciunt, ne alter sine altero quid gerat, qui contraxit cum uno, sibi imputabit, scil. quod non diligentius formam præpositionis inspexerit, & secundum illam egerit.* Hinc satis opportune monet *Hector Felicius de societ. c. 30. n. 9.* eum, qui contrahit cum socio, cautum esse debere, ut inspiciat societatis formam, an in ea appareat, quod contrahendi aliorum nomine auctoritatem habeat, eosque obligandi, quia ea non inspecta, sibi postea imputare debet, si socius contrahens alios consocios obligare non potuit. Limitat

mitat tamen Lauterbach, *de obligat. socior. §. 62.* hanc sententiam in casu, quo creditor probare paratus est, rem in societatis utilitatem versam esse, *arg. L. 82. ff. pro soc.* quia ita obligatio quoad reliquos socios ex ipsa versione deducenda est. Quin etiam huc puto referendam esse illam limitationem, si inter se pacti sint, quod vellent agere *samt und sonders* / quæ formula communiter ita explicatur, ut quidem ordinarie conjunctim agere & contrahere velint, sed in casu impedimenti necessarii, quo reliqui interesse negotio nequeunt, simul permittunt, ut unus absque altero nomine societatis agere possit, modo etiam hoc casu impedimentum probatum fuerit.

§. XXXI. Famolium quoque (XIX.) pactum esse pactum ut solet, *ut societas in heredes transeat*, quod pactum an societas in & quatenus valeat, nunc videndum est. Equidem in heredes *L. 35. ff. pro soc.* dicitur: *nemo potest societatem heredi suo transeat an sic parare, ut ipse heres socius sit, & in L. 52. §. 9. eod. idem valcat.* confirmatur, *asserendo, societatem non posse ultra mortem porrigi.* Plinius autem tale pactum improbat, *in L. 59. eod.* his verbis: *adeo morte socii solvitur societas, ut nec ab initio pacisci possimus, ut heres etiam succedat societati;* & ratio forsitan huc etiam pertinet, quæ traditur *in L. 65. §. 11. eod.* ne alioquin quis invitus socius efficiatur, cum tamen societas jus quoddam fraternitatis sit, & sic spontaneum, non invitum consocium requirat, quia alioquin finis societatis necessario impeditur. Deinde quoque societas cum certa persona, cujus persona est electa, contrahitur, cum incerta autem non potest, quia de ejus fide, dexteritate & aptitudine non constat, id quod in herede ut plurimum contingit; Si vero certa persona jam esset determinata, ita

testator constringetur, ut hunc tantum heredem institueret, quod libertati testandi repugnaret, Mantica de tac. *Et ambig. convent. lib. 6. tit. 24. n. 15. seq.*

Quando  
tale pactum  
valere pos-  
sit.

§. XXXII. Ceterum possunt circumstantiæ concurrere, ut tale pactum valeat, maxime heredibus non contradicentibus. Huc quidam referunt si pactum tale non abinitio, sed post contractam jam societatem appositum sit, quam sententiam tamen recte rejicit Felicius de societ. c. 32. n. 39. quia eadem ratio utrobique subest. Ceterum si hoc casu præterea aliæ rationes concurrerent, ex quibus tale pactum sustineri posset, aliud esset dicendum. Quid enim si ita pactum foret conceptum, ut rationes, quæ hoc pactum improbant cessarent? sic enim sine dubio cessare debet prohibitio. Ponamus convenisse, ut heredes *volentes* in societatem succedant, non tamen per se negotientur, sed supersititi tantum continuationem negotiationis committant: sic cessant revera rationes supra adductæ, & pactum hoc merito defendendum erit. Illustrabo hanc materiam casu admodum curioso, qui mihi à Dn. Præf. benevole communicatus est, super quo Illustris Facultas Jurid. *Mens. Jan. 1708.* consultata fuit; Præjudicium integrum ita se habet.

Præjudici-  
um.

Haben die Gebrüder Rusfii, Zeno, Tullius und Julius Gregorius etliche Jahr her eine Societät Handlung zu L. und H. geführt / und solchen Contract An. 1702. auf 8. Jahr prorogiret / und dabey beliebet / daß wenn binnen solcher Zeit einer von Ihnen mit Tode abgehen solte / zwar von beyden überlebenden (wo inzwischen nicht anders verglichen) die Compagnie fortgesetzt / des Verstorbenen Erben aber abgefunden werden solten. Wie nun Zeno die H., Tullius und Julius aber die L. Handlung dirigiret / jener auch zu H. diese aber



aber zu L. ihre Wohnung gehabt / so haben die beyde in L. wohnende Brüder aus erheblichen Ursachen / so viel ihrem Theil in der Societät Handlung belanget / sich absonderlich dahin verglichen / daß Sie biß An. 1718. in communione verbleiben / und wenn inzwischen einer von ihnen beyden versterben möchte / sie nicht Macht haben solten vor Endigung gesetzter Zeit ad divisionem zu provociren / und solte die Administration der Handlung nach absterben eines von beyden des überlebenden Brudern Treu und Glauben lediglich committiret / und des Verstorbenen Erben und Erbnehmen schuldig seyn dessen jährliche bilanze ohne eybliche Bestärkung vollkommenen Glauben zuzustellen und portionem lucri & damni von allen negotiis auf ihre ratam damit zu übernehmen. Da nun der jüngste Bruder Julius im Septembr. 1707. zu L. verstorben / und seine Wittib und Mutter zu Testaments Erben hinterlassen / diese auch erbötig seynd / laut des getroffenen Vergleichs / die direction und administration der Handlung dem überlebenden Bruder lediglich zu überlassen / so wil dieser den mit seinen verstorbenen Bruder absonderlich aufgerichteten Societät-Contract keines weges vor gültig erkennen / sondern vermeinet / daß er daran nicht gebunden sey / daher was dißfalls Rechtens / gefragt wird.

Wann nun gleich eingewandt werden will / daß (1.) in Rationes dem Societät-Contract mit consens aller dreyer Brüder verglichen / daß wann einer von Ihnen mit tode abgehen würde / dessen Erben abgefunden werden solten / welches pactum von denen 2. jüngeren Brüdern / ohne Consens des dritten nicht geändert werden können / in Erwegung daß ein jedes negotium dergestalt zu continuiren wie es ab initio geschlossen worden / L. 35. ff. de R. J. und es sonst quoad res communes heißt / quod melior sit ratio prohibentis. L. Sabinus 28. ff. Commun. divid. Zumahlen da (2.) dieses neue Pactum denen Rechten an sich nicht conform, als woselbst die Erben ad societatem continuandam per pactum nicht verbunden werden können. L. 59. ff. pro soc. § 1. 70. ff. cod. Heet. Felic. de soc.

*loc. c. 32. n. 8.* adeo ut nequidem in iuramento confirmari possit hoc pactum, ut heredes adstringantur. Franzk. *ad tit. ff. pro soc. n. 123.* Mantica *de Tacit. & ambig. Convent. lib. 6. tit. 24. n. 19.* (3.) Zumahlen auch ohne dem in dem Haupt-Contract expresse beliebt / daß keinem Socio frey stehen solle / nebst der gemeinen Handlung ein ander particulier Gewerbe / wie es Nahmen haben mag / ohne der andern Vorberwust und Einwilligung anzufangen / dahero die L. Brüder hinwieder kein particulare Pactum aufrichten können. (4.) In fernerer Erwegung / daß auch dieses letztere Pactum eigentlich nur dahin ziele / damit die überlebende Erben auf begebenen Todesfall nicht so fort zum Schaden der Handlung ihre Capitalia zurücke fordern könnten / sondern solche in der Handlung lassen müssen / welches ad socium superstitem nicht zu extendiren wäre. (5.) Und da auch die Haupt-Societät nur bis An. 1710. oder höchstens bis An. 1712. geschlossen / so könnte dieser particulier Vergleich als ein dependens à contractu principali bis An. 1718. nicht prorogiret werden. Ferner ist hieselbst hauptsächlich zu confideriren / daß (1.) dieses Pactum unter denen beyden L. Brüdern dem Societät-Contract, welcher unter allen dreyen geschlossen / keines weges derogire, sondern dieser bey seinen Kräfften verbleibet; und dahero so viel des Zenonis Antheil und interesse betrifft / des Julii Erben sich mit Gelde abfinden lassen müssen / (2.) hingegen der zwischen den beyden L. Brüdern getroffene Vergleich keine absonderliche Verbindlichkeit hat / welchen sie ohne Vorberwust des Zenonis wohl schliessen können / weil dadurch dessen Juri societatis so wohl was den Schaden als Gewinn betrifft / keines weges prejudiciret worden / und dahero wenn gleich Zeno expresse sich diesem Vergleich opponiret hätte / Ihn dennoch die Exceptio, tua non interest, entgegen stehen würde / quæ alias omnem agentem à iudicio repellit. Zanger. *de Except. p. 3. c. 20. n. 2.* Barbola *sub voce interesse axiom. 8.* (3.) Zumahlen ja bekandt / daß auch de re communi quod partem suam ein Socius invito altero wohl disponiren möge.

L. 1. & 2. C. *Communi divid.* L. 68. ff. *pro soc.* Unde & pro sua parte pecuniam communem, invitis aliis sociis, alteri credere potest. L. si socius 16. ff. *de reb. cred.* (4.) Daraus ferner fließet / daß einem Socio auch erlaubt sey / so viel sein Antheil betrifft / ohnbeschadet des Haupt-Contractts einen Neben-Socium anzunehmen / wann er nur dem priori Socio in solidum verhasstet bleibet / Brunnem. *ad L. 19. ff. pro socio n. 1.* (5.) Daher in Rechten klar versehen ist / quod ille, quem alter socius admittit, ei tantum socius fiat, qui eum admittit, non autem prioris socii socius *l. 19. ff. pro soc.* Welcher Textus keines weges ad societatem plane separatam zu restringiren / sondern es gehöret auch derselbe ad casum, si pro parte mea, quam in societate habeo, alium socium adsumfero, wie dann *L. 21. ff. pro soc.* mit deutlichen Worten disponiret / quod ille socius assumptus, quicquid de Societate nostra, scil. quæ antea cum altero socio inita erat, fuerit confectus, cum illo, qui eum adsumpsit, communicabit. Sebast. Nævius *ad d. l. 21. ff. pro soc.* Mozzius *de Contract. tit. de societate. Rubric. de Natural. n. 3. seqq.* (6.) Ferner auch hieselbst die ratio juris, welche solches pactum, ut ad heredes transeat societas, improbiret, scilicet quia heredis persona est incerta, & in societate personæ industria electa est, quæ forte in herede deficit, & quod communio sit, mater discordiarum, cui periculo heres exponi nequit, hieselbst hinweg fällt / weil gegenwärtiges Pactum dergestalt vorsichtig eingerichtet / daß alle solche incommoda nicht zu besorgen / denn die ihigen Erben treten ja nicht mit in die administrationem rei communis, sondern sie überlassen solches dem Tullio ganz allein / welcher dergestalt liberam manus behält / die Administration nach seinen eigenen gutbefinden / und wie er es gegen dem Bruder Zenone verantworten kan / zu führen / hingegen müssen des Julii Erben / mit des Tullii bilance, wie er ihnen solche Jährlich vorleget / und mit seinen Haupt-Büchern bestärcket / gänzlich zu frieden seyn / daß also durch diese particulier Societät nach absterben des Bruders

ders Julii, des Tullii conditio viel besser geworden / als sie bey Lebzeiten des Julii gewesen / weil er mit diesen Erben gehabt haben würde / wann Er nicht in allen Stücken der Societät gemäß sich aufgeföhret hätte / da hingegen iso dessen Erben sein factum, so fern es nicht dolosum ist / schlechter dings approbiren müssen / und also auch dem Tullio daran nicht gelegen / ob diese Erben masculi oder feminae seyn / weil indem sie per pactum ab administratione societatis excludiret bleiben / er den geringsten Schaden von Ihnen nicht zu gewarten hat.

Responsio  
ad rationes  
dubitandi.

Und hindert diesen allen nicht / was loco rationum dubitandi angeführet worden / immassen die erste Ratio per Rat. decid. 1. 2. & 3. gehoben. Die 2. Rat. dub. fällt auch dahin aus dem / was Ratione decid. 6. angeführet / weil hier kein Pactum vorhanden / daß die Erben in Societatem treten / und darin mit negociiren sollen / sondern nur / daß sie in societate sine facultate administrandi & socio administrandi contradicendi bleiben sollen / wodurch die Ratio prohibitiva juris gänglich hinweg fällt / die 3te Rat. dub. ist hier gleichfalls nicht zu appliciren / weil die beyden L. Brüder keine abgesonderliche Societät oder Gewerbe angefangen / sondern die Haupt-Mascopey vor wie nach continuiert / und sie nur wegen ihres Antheils in der Societät / ohnebeschadet des Haupt-Contracts einen neuen Vergleich getroffen / wie es nach des einen oder anderen ableben gehalten werden solle. Die 4te Rat. dubit. ist contra communia juris principia, da es heisset / quod contractus claudicare non debeant. L. 1. § 7. in fin. ff. de rescind. vendit. hoc enim absurdum esse dicitur. L. 21. §. 11. in fin. de recept. arbit. Wesenbec. p. 7. Conf. 338. n. 53. Daher wenn ja hieselbst ein diversus obligationis nexus fingiret werden solte / vielmehr die Erben potestatem recedendi haben würden / welche inviti in communionem nicht zu ziehen / als eben der überlebende Tullius, welcher diesen Vergleich expresso consensu geschlossen / und es daher mit diesen heissen muß ; Quod ab initio fuit voluntatis, ex post facto

facto sit necessitatis. L. 5. C. de O. & A. Endlich auch die ste Rat. dubit. von keiner Erhebligkeit ist / weil bereits in Rat. decid. 1. & 2. ausgeführet / daß hie ganz zwey unterschiedene Contracte seyn / davon ein jedweder seine eigene Subsistenz hat / und dahero wann gleich der erste Societät Contract seine Endschafft erreicht / kein impedimentum verhanden / warum nicht der andre ex separato consensu derer L. Brüder bestehen sollte.

So erscheinet hieraus allenthalben so viel / daß Tullius Decisio. seines verstorbenen Bruders Testaments Erben Krafft des absonderlichen Vergleichs bis An. 1718. in der Societät und communione lucri & damni zu behalten / hingegen die Administration allein zu führen / denen Erben Jährlich eine Bilanz zu übergeben / und ihnen nach Ausweisung obgedachten Vergleichs de Anno 1706. d. 21. Mart. pro rata Ihre portionem lucri heraus zu geben verbunden sey. B. D. W.

Eandem sententiam in hoc eodem casu approbavit collegium mercatorum Lipsiensium, quod desuper consultum fuit, uti apparet ex sequenti parere uti vocant. Auf vorstehenden Casum erachten Wir Endes unterschriebene den Handels Stylo und Billigkeit gemäh / daß ob zwar Zeno in H. an den zwischen seinen beyden Brüdern in L. Tullium und Julium über den von allersieits dreyen Brüdern / ihre Compagnie-Handlung wegen / so theils in H. theils in L. geführt wird / An. 1702. abgeredet und getroffenen Contract. sub dato den 21. Martii 1706. aufgerichteten anderwertigen Vergleich / wie es nehmlich / wenn einer von ihnen vor ablauff der Compagnie-Jahre versterben würde / der Administration halben unter deren Erben zu halten wäre / keinesweges verbunden / noch wieder seinen Willen demselben nachzukommen schuldig / in Betrachtung daß er / dem anführen nach / solchen nicht mit vollzogen / auch vermuthlich seinen Consens darin nicht ertheilet / dennoch Tullius, vi pacti conventi, seines verstorbenen Bruders Julii Erben dasjenige zu praktiren gehalten / was beyderseits Erben zum besten unter

Ihnen von neuen pacificiret worden / auch auf solche mase Tullius so wohl die Societät als Julii Erben bis ultimo Martii 1718. zu continuiren haben / als auch diese Zeit über ihnen zum besten die Administration der Handlung allhier in L. zu führen / und sie an ihnen nach den ersten unter den sämtlichen dreyen Brüdern getroffenen Compagnie-Contract zu kommenden Antheil des Gewinns participiren zulassen / mit Bestande sich nicht mag verweigeren. Signatum Leipzig / den 2. Decembr. 1707.

Pañum ut heres in societate succedat, valet in societate vectigalium.

§. XXXIII. Porro hoc pactum, ut heres etiam heredi succedat, valet in societate vectigalium juxta L. 59. ff. pro soc. Nam postquam JCrus in d. l. asseruerat, non valere pactum tale, restringit statim hanc assertionem ad privatas societates, & subjicit: *in societate vectigalium nihilominus manet societas & post mortem alicujus, sed ita demum, si pars defuncti ad personam heredis ejus adscripta sit, ut heredi quoque conferri oporteat*, (solebant enim publicani per partes inter se vectigalium exactionem distribuere) Equidem Cujac. lib. 10. obs. 28. in fin. existimat societatem vectigalium ipso jure in heredes transire, adeoque pactum speciale non requiri; sed contextus huic opinioni evidenter reclamatur, uti disertis verbis habetur, tunc demum hoc procedere, si eadem pars, quam defunctus in exigendis vectigalibus habuit, heredi quoque adscripta sit, ut ei quoque conferri debeat, & consequenter extra hoc pactum non transit societas vectigalium ad heredes socii defuncti, atque proinde recte, meo judicio in hoc casu supponunt pactum speciale, Mantica de tac. & ambig. convent. lib. 6. tit. 24. n. 22. Brunnem. ad cit. L. 59. n. 2. Felicius de societ. c. 32. n. 20. Blas. Michalor. de fratribus lib. 2. c. 40. n. 29. Requiritur tamen præter pactum prædictum

dictum (1) *Ut plures conducant vectigalia* vel alia publica emolumenta; quodsi enim locatio in unius persona facta fuerit, & conductor postea alios sibi socios adjunxerit, sine dubio locatio subsistit etiam absque pacto in conductoris unius heredibus, nec ita morte finitur, Mantica *cit. L. n. 27.* (2) *Ut heres sit aque idoneus*, statim enim subjungitur in textu, quod hoc iplum ex causa æstimandum: *Quid enim si is mortuus, propter cujus operam maxime societas coita est, aut sine quo societas administrari non possit, per d. L. 59. h. t.* Mantica *cit. l. n. 25.*

§. XXXIV. Ulterius quidam tunc hoc pactum. An Pactum valere existimant, si juramento inter socios firmatum juratum fuerit, Cravetta *lib. 5. conf. 875. in f.* Seraphinus de Seraphin, *de Privil. juram. privil. 57.* Franzk. *ad tit. pro soc. liquid operatur.* n. 123. Hector. Felicius *cit. l. n. 43.* Capyc. *decis. 171. n. 12.* Costa *de ignorant. facti cent. 1. dist. 75. n. 10.* hoc scilicet effectu, ut etiam heres propter juramentum a defuncto præstitum compelli possit ad continuandam societatem, quia ad observantiam juramenti à defuncto præstiti obstringitur. Seraphin *cit. L. n. 17.* Ast ratio jam adducta satis dubia est & infirma, cum constet, juramentum esse personalissimum, & quoad perjurii reatum non stringere heredes, adeoque tantum effectum suum in heredum personam extendere, si obligatio, quæ sub illo juramento latitat, heredes constringere potest. Cum vero pactum hoc ordinarie non valeat, nec heredes invitos compellere possit, ut societatem defuncti continent, hætenus quidem id juramentum operari nequit, ut heredes inviti societatem subire cogantur, ut recte Brunneman. *ad cit. l. 59. n. 6.*

animadvertit; eatenus tamen puto, juratum pactum hoc operari, ut socii superstites vi juramenti sui cogi possint, volentes heredes in societatem recipere, Utut enim heredes non constricti sint juramento defuncti, superstites tamen ex suo juramento secundum dispositionem juris Canonici inde obligantur. Neque obstat id quod Mantica *cit. l. n. 19.* urget, & approbare videtur Michalor. *de fratrib. p. 2. c. 40. n. 19.* quod hoc juramentum videatur contra bonos mores, & ita obligatorium esse nequeat, nam hoc absolute dici non potest, uti observat Franzkius *cit. l.* quia alioquin ne quidem societas vectigalium per pactum ad heredes transire posset. Hoc ipsum tamen rursus limitant, quando de certa persona heredis fuisset conventum, e. g. *ut si Titius socius moreretur, patruus ejus heres Societatem continuet*, quoniam ita per indirectum adempta esset Titio facultas testandi, cum ita necessario heredem illum instituere necessum haberet, Beneckendorf ad Seraphin. *cit. l. n. 6. ubi n. 7.* plures pro hac sententia allegat Felicius *cit. l. n. 43.* ast vero hæc ratio æque lubrica est, nam utut alias nemo sibi directo testandi facultatem adimere possit, tamen per indirectum id fieri posse satis constat, & tum ex arrogatione, tum ex patris successorii conspicuum est, adeoque multi hoc ipsum pactum quoque merito defendunt, quos plenissime recenset Benekendorff *cit. l. n. 8.*

Pactum ut  
societas  
quoad su-  
perstites  
valeat.

§. XXXV. Notum præterea est, societatem morte unius socii dissolvi, ut ne quidem inter superstites duret. §. 5. *Inst. de societ.* ubi tamen statim additur limitatio: *nisi in coeunda societate aliter convenerit*, & ita (XX.) novum pactum inde nascitur, ut scil. uno socio-



fociorum mortuo nihilominus inter reliquos societas continetur *l. 65. §. 9. ff. pro soc. Michalor. de fratrib. p. 2. c. 40. n. 6.* id quod etiam tacite fieri posse certum est; ast ex quibus conjecturis id colligi possit, dubium videtur, cum pactum tale non præsumatur, & ita concludentes esse debeant. Sic quando plures focii societatem iniverunt, & singuli in solidum sese obstrinxerunt, exinde non statim colligi potest, quod societas durare debeat inter superstites uno mortuo, Felicius *cit. l. n. 18.* Sed etiam absque hoc pacto tacite societas inter reliquos potest renovari, de qua materia late agunt Michalor. *de fratrib. p. 2. c. 41. & 42.* & Mantica *de tac. & ambig. convent. lib. 6. c. 26.* ubi tamen hoc adhuc quoad præsentem materiam addendum arbitror, renovatam censerì societatem cum omnibus pactis & conditionibus, sub quibus societas antea erat contracta. Mantica *cit. l. n. 23.* Michalor. *de fratrib. p. 2. c. 45.*

§. XXXVI. Præterea (XXI.) pacisci nonnunquam focii solent, quod intra certum tempus nolint à societate resilire. Potest enim societas coiri, vel in perpetuum i. e. dum vivunt, vel ad tempus, vel ex tempore, ut ait Jctus, in *l. 1. pr. ff. pro soc.* Equidem in *l. 70. cod.* dicitur, quod nulla societatis in æternum coitio sit, & in *l. 14. ff. pro soc.* dicitur, frustra hoc convenire, ne intra certum tempus à societate abeat, nam & si non convenit, si tamen intempestive renunciatur, esse pro socio actionem, adeoque hoc pactum esse supervacuum, neque enim hoc pactum impedire, quo minus ex justa causa renunciatio possit valida esse, ex ratione subiecta, ut renunciatio non teneatur pro socio, veluti, si conditio quædam, qua societas erat coita, ei non præstat, Societas ad certum tempus inita.

statum, aut si ita injuriosus & damnosus socius fuit, ut non expediat eum pati, *conf. l. 15. §. 16. pr. ff. eod. ubi aliæ causæ adduntur.* Ex his adductis rationibus itaque dicendum esse videtur, pactum hoc esse supervacuum: Aut enim de renunciationis justa causa constat, aut non; priori casu valet, non obstante pacto: posteriori autem nequidem temere fieri potest, licet pactum non adsit, saltem ad interessè actio superest. Scilicet eatenus pactum hoc videtur supervacuum esse, quod ordinarie intempestive non liceat à societate recedere; sed tamen si intempestive alter societati renunciavit, hanc habet pactum prædictum utilitatem, *quod socium quidem à se, sed se à socio non liberet*, ut dicitur in *l. 65. §. 6. pro soc.* quod ita declaratur in sequentibus: *Itaque si quid compendii postea factum erit, ejus partem non fert, quia hoc noluisse videtur interposita renunciatione, at si dispendium, æque præstabit portionem*, quia renunctio non potuit tendere in alterius præjudicium & damnum. *conf. Felicius de societ. c. 35. n. 15.* Magis adhuc expedit pactum pænale subijcere, qualem formulam suggerit Dn. Præf. *de caut. contr. §. 2. c. 10. §. 9.* quam hic repetere lubet: *Es haben beyde Theile diese Mascopeny Zeit ihres Lebens zu continuiren einander fest versprochen / dergestalt / daß keinem / aus was Ursachen es immer wolle / zu renunciren frey stehen solle / und da es sich über verhoffen zutragen möchte / daß einer von denen Sociis den andern beleidige / oder sie sonsten der Handlung halber in Streit gerathen solten / so wolten sich auch deshalb sich so fort nicht scheiden / sondern einen arbitrium zu gürtlicher componirung sothaner Streitigkeiten*

keiten so fort erkiesen / und wenn auff diese Urth kein Mittel zur Einigkeit sich wieder ereignen solte / so solle die Sache Richterlicher / oder dreyer unpartheyischer Kauff-Leuthe Erkantnis untergeben werden / und zwar dergestalt / daß derjenige / welcher Ursa- cher dieses Streits befunden wird / in 2000. Thaler Straffe condemniret / und folgend's erstlich die Socie- tät getrennet werden soll.

§. XXXVII. Ceterum utut socius in re commu- Pactum de  
ni ordinarie teneatur eandem diligentiam adhibere, casibus præ  
quam in propriis §. f. de soc. tamen quandoque & standis.  
hæc res pactis solet determinari. Sic itaque (XXII.)  
pactum iniri potest, ut unus ex sociis casus fortuitos fe-  
rat solus, de quo pacto jam supra quædam tacta sunt,  
maxime in casu, si alter sortem tantum contulit, & hu-  
jus periculum alter suscepit, qui operas tantum intulit.  
Verum etiam hoc pactum fieri potest circa merces  
coentas communi pecunia, ut in iis unus casum fortui-  
tum ferat, quo casu tamen se obligasse censetur socio ad  
solitos, non autem de insolitis & inauditis cogitasse vi-  
detur, nisi verba pacti tam late sint concepta, ut hi  
quoque excludi non possint. Blas. Michalor de fratrib.  
P. 2. c. 46. n. 28. seqq.

§. XXXVIII. Habent vero socii inter se benefi- Pactum re-  
cium competentia, quoad debita ex societate redun- nunciati-  
dantia l. 63. pr. ff. pro soc. circa quod (XXIII.) novum pa-  
ctum societati adjici potest, vi cujus promittant socii, ficium bene-  
se hoc beneficio uti nolle. Tale autem pactum valere ex- petentia.  
peditum esse puto, cum quilibet juri suo possit renun-  
ciare l. pen. C. de pact. nec in hac renunciatione aliqua  
turpitude concurrat. Existimat vero Zanger de ex-  
cept.

*cept. P. 2. c. 15. n. 55.* etiam tacite id factum esse, si *integra sibi debita socii promiserint*, quod tamen merito reprobatur Dn. Præf. *de caut. contract. S. 2. c. 10. S. ult.*

Societas  
Leonina.

§. XXXIX. Tandem (XXIV.) succedat pactum illud famosum *Leoninum* uti vocatur, cujus mentio injicitur *in l. 29. in f. pro soc.* & suis terminis circumscriptum est, ut unus lucrum tantum percipiat, alter vero omne damnum sentiat, qualem societatem nullam declarat Jctus *in cit. l.* addens: *iniquissimum enim genus societatis est, ex qua quis damnum, non etiam lucrum spectet.* Nam tale pactum plane tollit essentialia societatis, quæ in lucro communi quærendo consistant, & simul absolutam & omnimodam inæqualitatem inducit, & ita de jure subsistere nequit, conf. *Mantica de tac. & ambig. convent. Lib. 6. tit. 8.* Neque valebit hæc societas donationis causa, quæ non admittitur in societate, quatenus *in totum* illam induceret *L. 5. ff. pro soc.* conf. Dn. Præf. *de caut. contr. S. 2. c. 10. S. 5.*

Conclusio.

§. XL. Atque hæc sunt famosiora pacta, quæ communiter inter locios solent in discrimen venire, & peculiarem considerationem meruerunt: Non nego quidem, quod etiam adhuc alia plura addi possint & soleant, sed sicuti hæc examinare & excutere vellet infinitum foret, ita mihi sufficere potest, quod non de omnibus agere instituerim, sed tantum de *diversis sociorum pactis.*

TANTUM.



Halle, Diss; 1708 SH-2

ULB Halle


3

004 593 553



f  
sb,





1708 13. 27  
3  
2. F. F. S.

DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS,  
DE

# DIVERSIS SOCIORUM PACTIS,

Quam  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
DN. PHILIPPO WILHELMO,  
PRINCIPE BORUSSIAE, MARCHIONE BRANDENB.  
ET DUCATVS MAGDEB. GVBERNATORE,  
RELIQVA,

*Consensu Illustris Fctorum Ordinis*  
IN REGIA FRIDERICIANA,  
PRÆSIDE

DN. SAMUELE STRYKIO, JCTO,  
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI REGIS BORUSSIAE  
CONSILIARIO INTIMO, PROFESSORE PRIMARIO,  
FACULTATIS JURIDICÆ ORDINARIO,  
PATRONO AC PRÆCEPTORE SUO  
*æternum devenerando,*

PRO LICENTIA  
Summos in Utroq; JURE Honores & Privilegia DOCTORALIA  
rite capessendi,  
Publice defendet

MAURITIUS THEODORUS ESSELLEN,  
Bochemiâ Marcanus.

ad d. Jul. Ann. MDCCIIIX. H. L. Q. C.

Typis, CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typogr.